

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Schnobelius,
I.U.D. & Professor Ad Exequias Quas Puellulae Suavissimae Ursulae Dorotheae
Schmalbecken/ Moestissimi Parentes Hodie ... parabunt, Literariae Reipub. Cives
omnes & singulos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423936>

Druck Freier  Zugang



S ch n o b e l, J.,

i n

U. D. S c h m a l b e c k.

Rost. 1649.

5





PROGRAMMA

163

Quo

Rector Universitatis

JOACHIMUS SCHNOBELIUS,

J. U. D. & Professor

Ad Exequias

Quas

Puellulæ Suavissimæ

URSULÆ DOROTHÆ Schmalbecken/

Mœstissimi Parentes

Hodie horâ primâ

parabunt,

Literariæ Reipub. Cives omnes & singulos per amanter & humaniter invitati.

MS(0)90



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typegr.

ANNO M. DC. XLVIII.

169

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBELIUS,
J. U. D. & Professor.



Ominem vitæ commoda-
tum non donatum, P. Syrus, eq; vi-
tæ hujus usuram à Natura conces-
sam esse velut pecuniæ, nullâ præ-
stitutâ die, Tullius locupletissimus
autor præter experientiam testatur. Quod & anti-
quissim⁹, nec ineptus Poeta Lucretius hoc versu,
Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu
comprobavit. Sicut enim usu pecuniæ alte-
rius veri concessio nulloq; die adjecto, debitor
quocunq; die ad reddendum est obstrictus, ita
& nos, quibus vitam Jehova concessit velut in-
certo nomine, seriùs aut citius, prout ipsi placue-
rit, eam reddere tenemur. Multi, quibus sapit
hoc quicquid est ævi, quiq; nullo rerum huma-
narum afficiuntur tædio, quod honore magnos,
divitiis ac opibus florentes, ætate ac corporis ro-
bore vegetos, voluptatibus abundantes sese sen-
tiant, & ideo felices satis existimant, perpetuam
non

non solum exoptant hanc vitam, sed & diem ex
die sine ullâ interruptione secuturum, nec vita
hujus telam unquam incisum aut filum abru-
ptum iri sibi persuadent, non cogitantes illud,
quod Manilius verissimè dixit

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Et quod juxta Lyricum

Vita summa brevis spem nos vetet inchoare longam.

Quis enim sponsorem, aut satis à quoquam acce-
pit, se à primo etiam in hanc vitam introitu non
dicam in crastinum sed sequentem horam vieti-
rum? Quam Incertitudinem quam prudenter
agnoverunt Ethnici! Ita enim Tragicus ille
Latinus:

Nemo tam divos habuit farvanteis,

Crastinum ut possit sibi polliceri.

Et Euripides, cuius singulos versus singula testi-
monia censet Cicero, consimiliter:

Βρετοῖς, ἄπαιοι πατέαναι ὁφείλεται,

Κ' ἐκ τῶν θυητῶν, ὅσιος ἔχεπις απαι

Τὴν αὐγεὸν μέλλονταν εἰ βιωσεται. h. e.

Mortalibus mors certa cunctis debita est,

Et nemo novit omnium mortalium,

Dic an superstes sit futurus crastini.

Quo cum eleganter consentit & Palladæ hoc
distichon:

Πᾶσι θανάτῳ μεσόπεσσιν ὁφείλεται, ἀδετής ἐσιν

Αὔξενος εἰ γῆσει, θυητὸς ἐπισέμενος.

A 2

Debita

Debita mors cunctis mortalibus est, neq; quisquam

Eſſe cui in tuto crastina vita queat. (est,

Dolendum verò, quod cœcitas & torpor mentes nonnullorum inter Christianos adeò occuparit, ut securitati suæ pertinaci oscitantiā indulgent, & de morte illamq; consequentibus nequicquam cogitantes in diem vivant, non secus ac si cum morte paclum, cum inferno fœdus de non necando aut nocendo contraxissent. Quos sanè, dum nihil metuunt periculi, in summo animæ suæ periculo versari, & terrenarum cogitationum mole gravatos deorsum ferri ac maximam partem perire vix est dubitandum. Ab his diversi, quibus

de meliore luto finxit præcordia —

non Titan, sed sacer spiritus, non solùm præclarasapientum & ipsius sacrae scripturae monita ac dicta, quibus vitæ hujus lubricitas & incertitudo exprimitur, diligenter observant, ac memori secum mente perpetuò ruminant, sed etiam funera, quæ subinde contingunt, oculis piis ac prudentibus sic intuentur, ut quod alii heri accidisse intelligunt, sibi hodie accidere posse cogitent, adeoq; boni debitoris instar, qui creditoris sui quovis die æs suum exacturi nutum assiduè observat, ad debitum illud naturæ piè lubenterq;, ac cum debita gratitudine Creatori suo reddendum

dum, & ita quidem, ut propter non-utram ver
abusum illi ingrata, sibi vero ignominiosa & da
mnabilis haec accidat redditio, sepe parant. Ad
quam cogitationem non dubito etiam hodie
quemvis suae salutis inter nos non negligentem
excitatum iri funere suavissimae puellulae URSU
LAE DOROTHEAE Schmalbecken / quae, ubi di
vinâ voluntate lucem hanc in fine mensis præ
cedentis conspicari cœpisset, in medio hujus la
bentis eandem deserere, & cuius vix gustum ali
quem hausit, finem autem nondum intellexit,
vitam ponere debuit. Quis' eam incolumi sa
noq; corpore ac viribus integris natam ad vo
tum parentum vitae munere diutissimè usuram
esse non speravit? spem tamen hanc ratam esse
noluit mortis vitaeq; arbiter, sed vix 3. septimanis
elapsis, quod dederat, repoposcit.

Nata autem illa est proprietate Kal. Februarij
parentibus honestissimis, Patre Viro eruditione
& integritate præstantissimo Dn. ANDREA
Schmalbecken Notario Publico & Judicij Tute
laris in hac Civitate Secretario industrio ac fide
lissimo: Matre WENDULA Veseloms / foemi
na laudatissima. Avus ei Paternus fuit Garsten
Schmalbeck Civis hujus urbis & reddituum Aedis
Spiritui S. dedicatae Rationibus per 24. annos
præfectus fidelissimus; Avia Paterna, quæ adhuc

A 3

vitam

vitam Dei benignitate auctit, Catharina Amself.
Avum maternum habuit Jochim Wesebom / Ci-
vem & Cerevisiarum hujus urbis non postre-
num; Aviam maternam Margareten Möllers:
Proavum paternum Jacob Schmalbecken vitæ
nauticæ hic addictum Civem; proaviam pater-
nam Ilseben Heydenricks: Proavum maternum
Jochim Wesebom Civem & Cerevisiarum; pro-
aviam maternam Margareten Nettelblades. Hisce
procreata parentibus & Progenitoribus ipsis
Kalendis Februarij hujus anni juxta institutum
Christi Servatoris nostri sacris Baptismi initia-
pignus promissionis divinæ de cœlesti vita con-
sequenda Spiritum S. accepit, & coheredum
Christi consortio est adscripta. Hoc veri Christi-
anismi fundamento feliciter jacto quis dubitet
puellulam nostram, si datum ei fuisset adultam,
contingere ætatem, ductu & moderatione inha-
bitantis spiritus & fidelissimâ Parentum infor-
matione adjutam fœminam evasuram fuisse
Pietate, omniumq; virtutum ornamentis, qui-
bus aliàs vestitu & spendoré externo ornatissi-
mas non raro destitui dies moresq; docent,
conspicuam & decoratam? Sed terræ ac parenti-
bus vix data animula hæc, Datori, ut in cœlum
reciperetur, digna visa est. Postquam enim 17.
diebus in domicilio corpusculi commorata fu-
isset,

isset, die 15. hujus mensis hora septimâ vespertinâ ad beatorum sedes feliciter emigravit. Mærorem hinc Parentibus oriri & tristitiam non mediocrem quivis paterni materniq; affectus erga tenerimam sobolem non ignarus mecum facile fatebitur. Modū tamen servabunt, si filialam mortalem à se procreatam, vitæ ex lege di-
vina juxta cum aliis incertæ ac fragilis fuisse,
nunc autem extra tela fortunæ & calamitates,
quibus quotidiè vita exposita est humana, in cœ-
lesti Paradiso stabili securitate, perpetuâ since-
raq; voluptate potitam esse ac frui secum per-
penderint. Præcessit scilicet ipsos ex hac mortali-
vitâ ad immortalitatem, & tanquam è convi-
vio, cui vix se immiscuerat, abiit, priusquam
aliqua erroris propinazione imbui & corrumpi
posset. Quemadmodum etiameos, qui mare in-
gressi, & portum celeriter adepti sunt, feliores,
quàm qui in salo diutissimè ac periculosè jactati
tandem ad littus appellunt, judicamus, ita qui vi-
tam hanc, quæ nihil aliud est quàm pelagus
quoddam miseriарum infidum admodum &
procellosum, celerrimo transitu superarunt cæ-
teris, qui diutius in ea periclitantur ac laborant,
merito beatiores videntur reputandi. Pluribus
huj' generis supersedeo, &, quod restat, à vobis,

Cives

Cives Academicí, cā quā par est, humanitate &
diligentiā contendō, ut circa primam in æde Ja-
cobæa frequētes comparere, funeris deductio-
ni interesse, vestramq; vitam ejusq; finem &
universam Germaniam ab incendiis belli ad-
huc fumantem piis precibus D EO Sospitatori
seriò commendare ne gravemini, P. P.

Rostochij XIX. Februarii Anno

M. DC. XLIX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777423936/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423936/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423936/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423936/phys_0014)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777423936/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423936/phys_0016)



islet, die 15. hujus mensis l
nâ ad beatorum sedes felic
orem hinc Parentibus o
mediocrem quivis patern
erga tenerimam sobolem
facilè fatebitur. Modû tan
lam mortalem à se procre
vina juxta cum aliis incer
nunc autem extra tela for
quibus quotidiè vita exposi
lesti Paradiso stabili securi
raq; voluptate potitam es
penderint. Præcessit scilicet
lavitâ ad immortalitatem,
vio, cui vix se se immiscuerat
aliqua erroris propinatio
posset. Quemadmodum et
gressi, & portum celeriter ac
quām qui in salo diutissim
tandem ad littus appellunt,
tam hanc, quæ nihil aliud
quoddam miseriarum insi
procellosum, celerrimo tra
teris, qui diutius in ea peric
meritò beatiores videntur r
huj^o generis supersedeo, &,



nâ vesperti
ravit. Mœ
stiam non
q; affectus
rus mecum
unt, si filio
e ex lege di
ilis fuisse,
alamitates,
iana, in cœ
etuâ since
secum per
hac morta
m è convi
riusquam.
corrumpti
ui mare in
feliciores,
losè jactati
, ita qui vi
m pelagus
iodum &
rarunt cæ
laborant.
Pluribus
it, à vobis,
Cives